



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

Fœmina sine pudicitia. tit. 280

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

Heb. 9. Romano. 6. Statutum est homini semel mori, stipendium peccati, &cæt. Nunquid non omnes sumus infirmi, & varijs passionib. mouemur maximè? Aduersus igitur Deum & cōtra proximum superbi- re ex tolli, contemptim agere grauissimū est peccatū.

Erubescat igitur Christianus esse superbus pro- pter quem Christus factus est humilis, Philipp. 2. qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, &cæt. Est autem superbia nidus sathanæ in corde ho- minis, vnde contra Deum & parentes & proximos a- git: & nisi hic nidus destruat, nihil placebit Deo, quando Saul rex erat humilis caput factus est in po- pulo, 1. Reg. 15. sed postquam sathanas per superbiam in corde suo nidum fecit, deiectus est à Regno, sicut il- li obiecerat Propheta, igitur damnati clamabunt, di- cit scriptura Sapien. 5. Quid profuit nobis superbia? Caueat ergo quisque sathanam, nē nidum faciat, id est, locum quiescendi per superbiam in corde homi- nis, &cæt. Augustinus de verbis Domini serm. 53. Su- perbus Abbas, canonicus, prælatus, Episcopus, Mo- nachus, quid illi dum superbiunt, aliud sunt, nisi superbus pauper? nam de elemosynis aluntur ac sagi- nantur &cæt.

FOEMINA SINE PU-
dicitia.

TITVLVS CCLXXX.

PROPHETA Ieremias cap. 9. inquit Mors intrat per fenestras nostras. Fene- stræ igitur nostræ, inquit Augustinus sermone CCL. de tempore, sunt quin- que sensus nostri: oculi, aures, nares, os, tactus, per illos enim admittimus, mortem, id est, peccatum, quod generat mortem, Roman. 6. Stipen- diū peccati, mors est, sic per visum mulieris intrat cō- cupiscētia, Mat. 5. Qui viderit mulierē, &c. Sic per lin- guam im-

quam impudicā mulieris, statim accēditur vir ad luxuriam; multò ampliùs quam si vir loquitur verbū luxuriosa. Audiuit Adam loquētem Euam, noluitq̄ eam contristare, Genes. 3. Tactus, id est, cohabitatio mulieris. Dauid sanctissimus cū lauātem mulierem nudatam videret, statim fecit & adulteriū & homicidium, 2. Reg. 11 & Prouerb. 6. Nunquid alligabit quis ignem in sinu suo, &cæ. vestimenta eius non ardebunt? Aut quis ambulabit super prunas, & nō comburentur plantæ eius? Sic erit nimia familiaritas & cohabitatio mulieris, quæ maximè fugere debent omnes continentes & clerici & Monachi.

Secundò, misera res est meretrix in domo, quia tollit panem, id est, consumit substantiam tuam, id quod minimum esset, sed tollit quoque animam, id est, salutem animæ tuæ, & plangenda est hæc miseria, vbi pro parua voluptate nos adstringimus æternæ damnationi. Vulnus citò infligitur, sed lōgo tempore vix curatur. Sic breuis voluptas luxuriæ in verbo & factō, sed æternam patietur pœnam, &cet. Et ideo dicit Salomon Prouerbio. 6. Omni custodia conferua cor tuum, &c. Illa præterea impudicitia mulieris, nedūm in verbis luxuriosis, sed etiam gestibus, tactu, vestitu perficitur: nec ynquàm ibi erit mens casta, vbi luxuriosus est habitus. Nemo igitur te magis meretricem vocat, quàm ipsemet tuus vestitus. Ideo Petrus 1. Pet. 3. maximè prohibet Christianis mulieribus talem luxuriosum ornatum. Differentia est inter mulierem Christianam & paganam De Christiana dicitur Prouerb. 31. Mulier timens Deum, ipsa laudabitur, sicut Sara, sed de pagana dicitur, qđ est fomes omnis mali, de qua Eccle. 7. Vidi amariorem morte mulierem, Proue. 27. Testa persillantia & litigiosa mulier comparantur. & 7. capit. Propter speciem mulieris multi perierunt, sicut Iezabel, 3. Reg. 16 Herodiadis, Marci sexto.

Tertiò,

Tertiò, mulier impudica est similis sepulchro foris dealbato & acervo fimi niue tecto, &cæt. Cyprianus de habitu virginum: Cum venerint tales superbè ornate mulieres ante conspectum Dei, dicit: Non te agnosco, non ego sic te creavi, non venies ad præmia mea. Tu teipsam fecisti pulchriorem, non es imago mea. Vultum tuum linuisti, crines composuisti, caput auro, collum pectus, &cætera. At dices: ego non intendo scandalizare aliquem. Respondeo. Esto, tu proba sis, at alios scandalizas, &c. qui autem scandalizat, expediret, vt mola asinaria, &cæt. Matth. 18. si diues es, habes pauperes. Idè Gerson parte 4. Hęc duo vitia superbus ornatus mulierum, & status mercatorum, non possunt sufficienter corrigi, &cæt.

*DOMINIVM SINE VIR-
tute.*

TITVLVS CCLXXXI.



Z E C H. 14. cap. inquit Dominus per Prophetam: Terra vel domus quæ peccauerit, extendam super eam manum meam, & conteram virgam panis eius, & immitam famem, & interficiam de ea hominem & iumentum: vbi autè fuerint in medio eius tres viri isti, Noe, Daniel & Iob, ipsi liberabunt iustitia sua animas suas, vide caput, si gladiū, si bestias, si pestilentia, &c. id est, si fides Danielis, timor Noe, patientia Iob ibi fuerit in tali domo aut terra, &c. sedit in lacu leonum Daniel, Daniel. 6. & 14. & fiducia sua stetit in Deum, sic in medio fornacis, capit. 3. Timet Noe Deum, ædificat arcam, prædicat pœnitentiam, regit in diluio arcã, Gen. 7. sedit Iob in sterquilino vlcerum, & inquit: Sit nomen Domini benedictum, Iob. 1. Illi erant Domini habentes virtutem, vnde edificabant subditos & regebant, & liberabant à periculo. Fides sperat & credit. Timor cauet peccata. Patientia